



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XCVI. Vertrag des Präceptors des Tempelherrn-Ordens in Deutschland und
im Wendenlande mit den Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg
über die Besitzungen seines Ordens in der Mark, vom 31. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

nullo modo de nostra extitit voluntate. Datum Spandowe, die Sabbathi proxima post Martini.

Nach Erath, Cod. Quedl. p. 220. — Dieses Schreiben ist ohne Angabe des Jahres, gehört jedoch vermuthlich in das Jahr 1261, da wir aus einer andern Urkunde vom 21. November 1261 (Hidicin's Beitr. II, 1.) erkennen, daß der Markgraf Ditto sich im Jahre 1261 im November zu Spandau aufhielt.

XCVI. Vertrag des Präceptors des Tempelherrn-Ordens in Deutschland und im Wendenlande mit den Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg über die Besitzungen seines Ordens in der Mark, vom 31. Dezember 1261.

Nos frater widekinus, domorum militie templi in alemania et flauia preceptor, volumus esse notum cristi fidelibus vniuersis, ad quos peruenerit prefens scriptum, quod accedente fratrum nostrorum consilio et consensu, super controuerfia, que inter Illustrem principem dominum Johannem, nec non inclitum germanum eius dominum ottonem, marchiones brandenburgenses, ex vna parte, et fratres eius (nostros?) atque domum ex altera vertebatur, presentibus domino Jordano, nostri ordinis presbitero, fratre Sifrido de anvord, fratre Frederico de Soltwedel, fratre Henrico de Esbeke, fratre Gerkino prouifore domus in leznitze et multis aliis fidedignis concordauimus cum eisdem marchionibus amicabiliter et sincere. Recognoscentes et protestantes, dominorum dictorum fratrum nostrorum consilio pariter et voluntate, nos dimisisse eisdem marchionibus opidum (soldin?) cum omni iure, quod in ipso habuimus, insuper et has villas Clöznitz, warnik, Tamprofowe, pudignowe et witze cum earundem terminis et distinctionibus, iuribus et utilitatibus, sicut eas dignoscimur vsque ad hec tempora possedisse. Curiam quoque et stagnum soldin cum CCC^{is} mansis et eorum distinctionibus ex utraque parte aque mizle hucusque habitis, cum omni iure et libertate dimisimus simpliciter Marchionibus antedictis. In restaurum vero bonorum predictorum ipsis libere dimissorum renuntiauerunt marchiones omni actioni et iuri, quod habere videbantur in hiis bonis nostris, videlicet curia Quartzan, tyfcher, willekineldorp, zorbamstorp, boguzlawe, dargumizle, Obran, damme, Carkzowe, Gutilstorp et nywik, conferentes insuper nobis et domui nostre villam culinkze cum aliis villis prenotatis et earundem distinctionibus, de heredum suorum approbatione voluntaria et assensu, cum omni iuris et iudicii integritate et libertate, proprietatis tytulo perpetue possidendos et nullum nobis prorsus in eisdem bonis tedium deinceps facient aut grauamen. Ut igitur premissa dictis Marchionibus et ipsorum heredibus maneant futuris temporibus inconuulsa, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec in Turglowe, anno domini M^o. CC^o. LXII^o., pridie Kal. Januarii, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec, frater Gozwinus de Magdeburg etc.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives C. 4 in quarto Bl. 41. Mit der falschen Jahreszahl 1272 und mit mehreren Lücken und Fehlern bei Gercken Cod. I, 212.